



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De solido cibo perfectorum

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

De solido cibo perfectorum.

Art. XVIII.



ST in Christiana doctrina lactea esca, qua illi qui nondum exercitatos habent sensus, alendi sunt: qui in terrena & spiritualia necdum gustauerunt, neque perfectorum sermonum capaces facti sunt. Hi quippe quum paruuli adhuc ac teneri in Christo sint, circa exterioris hominis cultum, passionumque reformationem egent institui, atque a manifestis malis cōpesci. Porro perfectorum est solidus cibus, quē admodum ait Apl's, Sapiētiā loquimur inter perfectos. Hic autem solidus cibus, sermo est mentalis puritatis, ac intimæ perfectionis: consistens in hoc, vt mens ipsa, vni vero summo bono, quod solum necessarium est, sincere atque stabiliter infigatur atque adhæreat. Quoniam ergo iam in hac ædificatione de his quæ ad hanc perfectionem, ac solidum cibum disponunt, breuiter dictum est: nunc de ea, quid ipsa sit paulisper disserendum. Est autem diuinæ veritatis, seu summa deitatis munda speculatio, & bonitatis diuina, feruens dilectio. Enimvero ad hanc speculationem & dilectionem, omnis cognitio & amor creaturarum omnium ordinanda sunt, ad quam tamen contemplatio humanitatis, passionisque Christi, & eorum quæ ad eam pertinent, & ipsorum dilectio potissime erigunt, atq; coadiuuant. Deniq; quo diuinitas ipsa, oī creatura melior est atq; pstantior: eo ipsius contēplatio dignior est, et amor desiderabilior. Sed & cū amor procedat ex cognitione, & ex vtroq; deuotio, quē admodū diuinitas optima ē atq; dulciss, sic eius cōspēscaturit.

Hebrco. 5.

i. Corint. 2

Luc. 10. 42

Quid vta sit sapia

Ex cogntōe amor ex utroq; deuotio

c ij culatio

culatio syncera maximaque, quantum in se est, deuotionem causat in mente. Sed necesse est animam per ethicam seu moralem scientiam esse dispositam, & per veram atque internam pacem fore aptatam. Pax ista est tranquillitas ordinis, seu quies a perturbatione: dum scilicet in nobis caro obedit spiritui, & sensualitas rationi, passionibus mitigatis, & appetitui rationali subiectis. Vñ a perturbatione prorsus cauere oportet, & ad tranquillitatem, & mansuetudinem animam semper inducere. Itaq; vt ex visibilibus creaturis, ad inuisibilis creatoris contemplationem queas assurgere, considera ordinem rerum,

Phūs, Est nempe in entibus ordo, & species rerum se habent vt numeri: et ad inuicem ordinatissime concatenatæ sunt. In ordine autem necesse est vnum esse primum, & vnum vltimum. Est igitur in vniuersitate vnum primum ens. Hoc autem

Primum ens primum ens necesse est esse incausatū, ac independens. Si enim causatum est, habet causam ante se: & sic non erit primum. Quumque hoc ens sit a nullo dependens, est ens per essentiam, & est a se, seu per se ipsum: ergo est æternum, nunquam enim desinet, quia nec incepit. Ad hæc in oī ordine, primam est in illo ordine perfectum: sicut primū calidū est perfecte calidū. Primū igitur ens est pfectum. Nam cū sit primum, & per essentiam non potest in eo natura entis esse minorata a plenitudine suæ perfectionis. Nihil enim imperfectum est, nisi prout est distans a fonte suæ perfectionis. Ideoque quod est sibi ipsi ratio existendi, ha-

Perfecti- ones diuinae, bet esse omnino perfectum. Deus igitur est ens, in quo est omnis nobilitas, omnisque perfectio, & plenitudo ipsius esse. In diuino ergo esse, est vniuersa

ta, sapientia, felicitas, omnipotentia, sanctitas: & quicquid ad ornatum atque decorem ipsius esse pertinet. Præterea quod perfectum est & primum, necesse est esse simplex. Si enim compositum est, indiget his ex quibus componitur: & habet componentia sua ante se, neque est in seipso substantialiter perfectum, sed per additionem unius ad aliud: & unumquodque componentium indigeret alio. Primum ergo ens, quum sit perfectum, est simplex. Non ergo diversificantur in eo esse, posse, & agere: in deo itaque unum idemque existunt, essentia, potentia, & actio.

Est quoque deo idem, & potentem ac sapientem seu felicem & sanctum esse. Omnia enim hæc non sunt in ipso, nisi pura, perfecta que unitas. Porro quod perfectum est, simplex est: materiam non habet. Materiam enim est recipere & pati, atque moveri: & ipsa est contingentiam radix, ac imperfectionis origo. Deus ergo materia caret, quod autem sine materia est, dimensionem non habet: quantitas enim sequitur materiam, deus ergo corpoream magnitudinem non habet. Ideoque indivisibilis est, & incorporeus, insensibilis: omnique materiali atque sensibili qualitate carens. Insuper omni quoque passiva potentia caret: quum sit actus purus, id est, natura nullam potens perfectionem sortiri ab alio: & ob id immobilis & incommutabilis est. Quod autem simpliciter perfectum est, necesse est & infinitum esse. Si enim perfectio eius finem haberet, non utique esset omnino perfectum. Quod vero infinitum est, incomprehensibile est: & quod incomprehensibile est, id ineffabile esse constat. Deus

In deo idem sunt
essentia,
potentia
& actio.

Deus omni
sensibili
qualitate
caret.

D. DIONY. CARTHV.

1. Paral. 16
Danielis. 3
Roman. 4

itaque immensus est, incomprehensibilis, & ineffabilis. Talis ergo est amatissime frater deus noster, ad quem tendimus qui est in æternum sublimis & benedictus.

Amen.

FINIS